



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. 4. Quid sit affinitas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

prohibitio generaliter obseruari. Vbi aduerte: Olim prohibita fuisse coniugia usque ad septimum gradum; vi patet ex multis Canonibus 35. quæst. 2. Sed Concilium ob grauissimas causas reduxit ad quartum. Post quartum enim, ob vita breuitatem, sèpè non cognoscuntur consanguinei. Vnde fiebat, ut sèpè in gradibus prohibitibus, vel ex negligencia, vel ex ignorantia, contraheretur. Hinc scandala & lites.

Papa dicit  
penitus in  
linea recta  
non trans-  
uerfa.

Ex dictis sequitur Pontificis in linea recta consanguinitatis non posse dispensare. In linea transversa posse, præterquam in primo gradu. Hæc de consanguinitate.

nitas non parit affinitatem; id est, persona, quæ mihi est affinis, non potest mihi alios affines accersere.

## DVBIVM V.

Quo gradu dirimit affinitas  
Matrimonium?

Dico Primo: Affinitas, quæ ex actu coniugalium, vel ex matrimonio rato nascitur, est impedimentum dirimens usque ad 4. gradum, quæ in linea recta, siue in transversa. De priore, quæ est ex actu coniugali probatur ex Capitulo quatuor. Non debet, de Consanguinitate & affinitate, quod gradum acceptum est ex Concilio Lateranensi cap. 50. Itē 35. qu. 3. sunt multi Canones hac de re. Altera pars, scilicet de Matrimonio rato non consummato, probatur ex Capitulo Si quis despousauerit, & quatuor sequentibus 27. qu. 2.

Dico Secundo: Affinitas, quæ ex fornicatione nascitur, dirimit matrimonium post Concilium Trident. tantummodo usque ad secundum gradum inclusiæ. Patet ex Concil. sess. 24. cap. 4. Sed quia Concilium solùm dicit, Matrimonium non dirimi usque ad ultra secundum gradum per idem affinitatem, dubium secundum esse poterat, utrum saltem impeditur. Vnde Pius V. explicuit in 3. & 4. gradu per hanc affinitatem matrimonium non impediti; ut docet Nauatus cap. 22. nu. 43.

His addit: Etsi vir cognoscat consanguineam vxoris in 3. vel 4. gradu, non impediti petitionem debiti, ut respondit facultas Salmanticensis & Complutensis, teste Vivaldo, & colligi utique potest ex Concilio Trident. suprà, vbi Concilium ex fornicatione noluit nasci impedimentum ultra secundum gradum ad contrahendum. Vnde sequitur, neque etiam nasci impedimentum ad petendum debetur. Quando enim affinitas non repugnat matrimonio contrahendo, non potest etiam eius usui repugnare, si matrimonio superueniat.

Petet: Quid si Petrus cognoscat consanguineam Catharinæ in 1. vel 2. gradu, penitus ignorans esse eius consanguineam, nasciturne impedimentum respectu Catharinæ?

Respondeo: Nasci indubie ad contrahendum cum Catharina matrimonium: non tamen ad petendum debitum si iam erat eius vir, ut docet Castro lib. 2. de Potestate legis penalis cap. 14. Paludanus dist. 34. qu. 1. Victoria qu. 288. Sotus dist. 36. art. 2. Ratio est; quia in hoc casu non posse petere debitum, est pena incestus: Nemo enim priuari potest iure in re quam possidet, nisi ob culparam: atque hic non est culpa incestus, sed solùm fornicationis vel adulterij. Impedimentum autem ad contrahendum potest nasci etiam sine culpa; quare cum hic orta sit affinitas, non potest contrahere. Confirmatur à simili: Si vir in necessitate baptizat filium vxoris suæ, non prohibetur petere debitum: tamen si esset concubina, non posset contrahere matrimonium cum illa, ob spiritalem cognitionem.

## DVBIVM VI.

Quinam gradus affinitatis Iure naturæ efficiant  
Matrimonium irritum?

Dico Primo: In primo gradu affinitatis linea rectæ valde probabile est Matrimonium esse

169  
Quid Aff.  
nitatis.

R Espondeo: Affinitatem propriè esse propinquitatem ex copula carnali prouenientem. Adde, vel ex iure propinquio ad copulam.

Dico, Ex copula carnali: quia generatim ex omni copula, etiam fornicularia nascitur. Copulam voco actum consummatum, qui per se talis est, vt ex eo possit sequi generatio. Vnde ex copula sterilium nascitur affinitas, non tamen ex copula frigidoru.

Addo, Vel ex iure propinquio ad copulam: nam ex matrimonio rato, non consummato, nascitur etiā vera affinitas; ut dicunt declarat Pius V. Antea tamen à plerisque Doctoribus non vocabatur affinitas, sed impedimentum iustitia publica honestatis. Rectius tamen vocatur affinitas; tum quia passim apud omnes censetur affinitas contrahi per ipsum matrimonij contractum; nam statim post contractum, nominibus affinitatis se mutuo compellant vir & consanguinei vxoris, vir & consanguinei viri: tum quia per ipsum contractum vir & mulier sunt una caro, quasi in habitu; atque ratione cojunctionis in unam carnem nascitur affinitas: tum quia non minus dirimit Matrimonium, quam si copula accessisset: tum denique, quia Concilium Trident. sess. 24. restringit impedimentum iustitia publica honestatis ad primum gradum; hoc autem impedimentum se extendit usque ad quartum.

Notandum Primo: Quosdam addere huic definitioni, Omni carent parentela. Sed hæc particula non est necessaria, immo potius obscurat definitiōnem: potest enim affinitas superuenire consanguinitati; ut si frater committat incestū cum sorore, erit affinis alteri sorori, & matri, & cæteris usque ad quartum gradum.

Notandum Secundo: Ad cognoscendos gradus affinitatis: Contrafieri affinitatem inter virum & consanguineos vxoris, vel mulieris cognitis carnaliter; & contraria, inter vxorem & consanguineos viri, idque in eo gradu quo erant consanguinei: v. g. si Petrus cognovit Catharinam, consanguinei Catharinæ in primo gradu, sunt Petro affines in secundo; & consanguinei Catharinæ in secundo, sunt Petro affines in secundo gradu, & vicissim.

Notandum Tertiò: Olim si defuncto coniuge alter imbat secundas nuptias, nascibatur secundum genus affinitatis, scilicet inter consanguineos defuncti, & alterum coniugem cum quo superstes contrahebat. Si tertio contrahebat, nascibatur tertium genus affinitatis. Verum hic modus contrahendi affinitatem sublatu est per Concilium Magnum Lateranense cap. 51. Vnde modo affi-

166  
Affinitas  
non caret  
parentela.

Regula ad  
cognoscen-  
dos gradus  
affinitatis.

Affinitas  
iam non  
parit affi-  
nitatem.

167  
Affinitas  
ex coni-  
gio dirimi  
vique ad  
quatuor

168  
Affinitas  
ex fornicatione  
dirimi  
vique ad  
secundum  
gradum.

Nec ultra  
impedit  
delicti pe-  
titionem.

169  
Quale nasci-  
tur impe-  
dimentum,  
si nesciat  
esse con-  
sanguinei.

170